



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput IV. Insinuatur descriptio justificationis impii, & modus ejus in statu gratiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

**Sæcul. XVI.** nisi ex femine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cum ea propagatione per ipsum, dum concipiuntur, propriam injustitiam contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, nunquam justificarentur, cum ea renascentia per meritum passionis ejus gratia, qua justi fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus, gratias nos semper agere hortatus Patri, qui dignus nos fecit in partem fortis Sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitque in Regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

**Coloss. I. II.**

#### CAPUT IV.

*Insinuatur descriptio justificationis impii, & modus ejus in statu gratiæ.*

Quibus verbis justificationis impii descriptio insinuatur, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius Adæ, in statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per secundum Adam Jesum Christum Salvatorem nostrum: quæ quidem translatio, post Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non potest, sicut scriptum est: *Nisi quis renas-*

**Joan. 3. 5.**



*renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, Sæc. XVI.  
non potest introire in Regnum Dei. A.C. 1547.*

## CAPUT V.

*De necessitate præparationis ad justificationem in adultis, & unde fit.*

Declarat præterea, ipsius justificationis exordium in adultis a Deo per Christum Jesum præveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, ut qui per peccata a Deo averfi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ libere assentiendo & cooperando, disponantur, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens; quippe qui illam & abicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit. Unde in sacris literis, cum dicitur: *Convertimini ad me, Zach. i. v. 3.*  
& ego convertar ad vos, libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus: *Converte nos, Domine, ad te, & convertemur, Dei nos gratia præveniri confitemur.*

## CAPUT